



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Bonifacius E. M. 5. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

finem utinam omnia parentum cùm filiis certamina habeant; juvaret acies committere, & cantare classicum. Ex Phil. Ferr.

Despiciendus à nobis hic mundus fuerat, etiam si blandiretur, etiam si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur, tantā adversitate fatigatur, tot nobis quotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud, quam ne diligatur, clamat? S. Greg. 3. Dial. c. ult.

S. BONIFACIUS E. M. 5.Iunii.

BONIFACIO, & hoc, & Apostoli nomen Germania peperit, cùm VVinfridus olim vocatur. Monastice n puer amplexus est, multum adversante patre, donec, immisso divinitus morbo, pertinacia ejus est domita. Sacris initiatu s Frisones Christianā disciplinā imbuendos, Pontificum deinde jussu, Germaniam universam excolendam suscepit; adolescentulis etiam in partem pii operis adscitis. In Boicā S. Sturmionem, Treviris Gregorium sibi junxit XIV. annorum adolescentulum, cùm Anagnosten in triclinio peritè agentia aures dedisset: capro enim egregiæ indolis experientio, unius congressū suavitate ad sui eum imitationem attraxit, ut palam dictaret, suis se pedibus cum BONIFACIO orbem terrarum peragraturum, si equi copiam avari amici negasset. BONIFACII labores, & arduum LV. annorum à Sacerdotio ad martyrium usque actorum cursum quis explicet? in tantā sæpe necessarii victūs inopia, ut cælo commeatum ei submitti avium ministerio fuerit necesse. Frisonibus Christo nuper additis diem dixerat, quā sacro Chrismate frontes inungeret: ii ex discipulis latrones facti, optimè de se meritum cum LI. sociis peremerunt. Irrueni

6.Iunii
in se b
jecit,
terular
dictaq
titum
CIAN
gneis
ligneo

Ner
agens m
bet. De
sumit,
quando
Greg.

No
perato
abdica
ab ips
ctus. N
piæ tu
gulavi
in co
diceba
ut jam
minita
elusit
tus, ob
cultui
GINIS
tota h
no ve

in se barbaro Evangelii codicem BONIFACIVS ob-
jecit, qui etsi discissus est, negant tamen ullam li-
terulam cā plagā vitiatam. Omnia ipsius facta
dictaque admiranda sunt; illud sēpc sēpius repe-
titum, nostra ætas multò verius quam BONIFA-
CIANA audiat: olim Sacerdotes aureos cum li-
gneis calicibus fuisse; nunc aureos esse calices, sed
ligneos Sacerdotes. Ex vitâ apud Nicol. Serrar.

*Nemo in Ecclesiâ amplius nocet, quam qui perversè
agens nomen vel ordinem sanctitatis vel Sacerdotis ha-
bet. Delinquentem namque hunc redarguere nemo præ-
sumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur,
quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. S.
Greg. in Pastorali.*

S. NORBERTUS EP. 6.Iunii.

NORBERTVS Dux ejus familiæ, quam Præ-
monstratensem indigitant, summis aulæ Im-
peratoriæ honoribus perfunditus, cùm mundo se
abdicasset, suorum progressus atque incrementa
ab ipsomet CHRISTO in cruce pendente est edo-
ctus. Nocentissimam Tanchelini hæresin Antver-
piæ tum grassantem, introductâ è suis coloniâ, ju-
gulavit. Archiepiscopus post Parthenopoli, quia
in corruptos civitatis mores liberè pro DEO, &
dicebat, & agebat, multorum in se odia convertit,
ut jam essent, qui necem ipsi, sociis verò exilium
minitarentur: sed eorum insidias semper cælum
elusit; tametsi NORBERTVS, Servatorem æmula-
tus, obvius nonnunquam hostibus iherit. MARIA
cultui se suosque æternum devovit; unde è VIR-
GINIS manu vestem candidam (quâ mores suos
tota hæc familia etiamnum monstrat) ab Augusti-
no verò Leges aureis literis exaratas accepisse
memora-